

efficiente. non ille singularem huic disciplina impertire dignitatem.

7. Est q̄ ille Deus, qui hominum animis inclinationem, ad civilis vitæ societatem inserit. Hinc illud πολυθεύδαητον: τὸν αὐθεωπον τῆ φύσει ζῶον εἶναι πολιτικόν, hominem naturâ animal ad civilem conversationem aptum natum esse.

8. Insuper, si illam cum Philosophia Theoretica conferimus, utilitate, quam secum affert, eandem longissimè superatura est;

9. Sit sanè Theoreticæ Philosophiæ sua dignitas, & præstantia: At quæ ejus utilitas? uni vel paucis eâ præditis prodesse tantum videtur.

10. Nil utilitatis in Rempublicam ab illis nudis speculatoribus redundare potest: illam nec constituere, nec collapsam & sauciatam restituere & sanare valent.

11. Hinc Philosophus viros sapientes haud prudentes fuisse asseverat; quod rerum equidem divinarum & eximiarum haberent cognitionem: in rebus verò agendis, potissimum publicis, ut plurimum sunt hallucinati.

12. Hinc Pythagoræi olim vel internecioni dati, vel in exilium pulsæ, quod Reip. non tam administratores, quam turbatores essent.

13. Abs hac si esset, societas civilis nulla, vel planè misera foret.

14. Sapientes namq̄ sibi tantum vivunt, solitudine delectantur, quo speculationibus eò melius & rectius vacare possint: Ast qui Politicæ tenent rationem, ij in Republica vel constituenda, vel administranda, vel collapsâ reparandâ, sunt unice occupati.

15. Dicitur est Politica ab Objecto videlicet τῆ πόλει, quam informandam & dirigendam sibi sumit.

16. Ut namq̄, Oeconomica est domum vel familiam administrare; Sic Politicæ est civitatem vel societatem civilem regendi tradere normam & rationem.

Et